Sentencia y motiuos del processo Petri & Ioannis de Oro, super Infantionia, en la Corte del Iusticia de Aragon, a 19. de Deziembre de 1590. siendo Lugartenientes Chalez, Baptista, Vaylo, Gaço y Torralua.

EAdem die in processu Petri de Oro, & Ioannis de Oro sup. iurisfirma infantioniæ, Dominus Martinus Baptista Relator, fuit voti & opinionis, quod debet pronuntiare Saluã factam per Ioannem de Oro, filiũ Ioannis Lopez de Oro, profuisse, & prodesse Petro de Oro, & Ioanni de Oro exponentibus, consanguineis germanis dicti Ioannis Lopez de Oro patris, atque adeo patruis Ioannis de Oro Saluantis, & eorum quemlibet fuisse, & esse infantiones, & de genere militum & infantionum, & vt tales debere gaudere omnibus & singulis foris, priuilegijs, libertatibus, exemptionibus & immunitatibus cæteris infantionibus præsentis Regni concessis & indultis, cætera petita locum non habere, neutram partium in expensis condemnando.

Ex eo præsertim, & aliàs, nam ex deductis in præsenti processu constat, Petrum de Oro, & Ioannem de Oro exponentes, nepotes esse per rectam lineam masculinam descendentes Ioannis Lopez de Oro, proaui Ioannis de Oro Saluantis: atque adeo hunc Ioannem de Oro, & ipsos exponentes, ab eodem stipite, scilicet, Ioanne Lopez de Oro originem ducere. Cum autem veris huius Curiæ declarationibus receptum sit, consanguineo secundo saluam consanguinei secundi prodesse? nulla iuris, forique ratio patitur, vt salua Ioannis de Oro quæ filijs dictorum exponentium profutura fuisset, vtpote consanguineis secundis, non ptosit eorum patribus: imo huic tanto magis quanto sunt stipiti propinquiores prædicta Salua iuuare posse censetur. Ex quibus & alijs merito ita pronuntiatur per Relator. & alios, qui omnes fuerunt eiusdem voti, & opinionis ex eisdem motiuis.

El Arbol,y inclusiō de dicho processo,es en la forma siguiente.

Iuan Lopez de Oro.

Iayme de Oro. *Pedro de Oro.*

Iuan Lopez de Oro. *Pedro exponiente.* *Iuan exponiente.*

Iuã Lopez de Oro que hizo la Salua

Sentencia y motiuos del processo Marci Hernandez sup.Infancionia in Regia Audientia,& in Scribania Ioan.Palacio,a 21 de Octubre de 1599. siendo Relator el señor Abogado fiscal que oy es,y estando en el Consejo el señor Micer Auēgochea, Torralua,Monter,y Azaylla.

Quod tenetur,& debet pronuntiare,& declarare Saluam infantioniæ factam per Hieronymum Hernandez, filium Ioannis Hernandez,fratris patruelis, siue primohermano Marci Hernandez exponentis,& patruelem,seu consobrinum secundum,idest primosegundo Ioannis Francisci Hernandez minoris exponentis in processu exhibitam, prodesse debere dictis Marco Hernandez, & Ioanni Francisco Hernandez eius filio exponentibus, patruo secundo, ac consobrino secundo respectiuè dicti Hieronymi Hernandez Saluantis: ipsosq; & eorum quemlibet fore,& esse Infanciones,& debere gaudere omnibus & singulis priuilegijs, libertatibus,& immunitatibus cæteris infantionibus præsentis Regni concessis, & indultis,neutram partium, &c.

Ex eo, & alias, quoniam cōstat de salua infantioniæ factæ per Hieronymum Hernandez ipsumq; fuisse, & esse filium Ioannis Hernandez fratris patruelis, siue primohermano Marcij Hernandez exponentis,similiterq; consobrinum secundum,siue primosegundo Ioannis Francisci Hernandez minoris exponentis: & ex consequenti (iuxta obseruantiam Regni communiter in praxi receptam, quæ optima legum interpres est, & varijs sententijs sic declaratam) dictam saluam præfatis Marco Hernandez, & Ioanni Francisco Hernandez eius filio exponentibus,patruo

truo ſecundo,ac conſobrino ſecundo reſpectiue dictiHieronymi Hernandez ſaluantis,prodeſſe debere cenſemus. Neque ratione aliqua fulciri poteſt dubitatio ex aduerſo propoſita,ſaluã ſcilicet ſobrini prodeſſe non debere patruo, & multo minus patruò ſecundo,qui frater patruelis eſt patris ſaluantis: cũ enim ea obſeruãtiæ noſtræ interpretatio iamdiu percrebuerit,conſobrino ſecundo ſaluam conſobrini ſecundi prodeſſe: nulla iuris,forique ratio patitur, vt ſalua dicti Hieronymi Hernandez(quam dicto Ioanni Franciſco Hernandez exponenti tanquam conſobrino ſecundo pro futuram eſſe arbitramur) non debeat etiam eius patri Marco ſcilicet Hernandez, patruo ſecundo ſaluantis prodeſſe: imo huic tanto magis quanto eſt ſtipiti propinquior prodeſſe fatendum eſt. Quod maxime abſq; dubio admittendũ eſt,quando ſaluam faciens,fuit ad eam admiſſus,non ſolum cum ſua propria, aut patris,& aui poſſeſſione; ſed etiam proaui,&ſic communis ſtipitis,a quo,& patruus ſecundus,& ſobrinus ſecundus per rectam lineam deſcẽdunt,prout in caſu præſenti,in quo vt ex proceſſu liquet,Hieronymus ſaluans, non ſolum propriã, & ſui patris,& aui;ſed etiam Gundiſalui eius proaui,& communis ſibi cumMarcoHernandez exponente ſtipitis: imo adhuc,& Gundiſalui abaui probarunt poſſeſſionem: quare merito dictus Marcus exponens, tanquam nepos, & pronepos a dictis Gundiſaluis infantionibus , & de quorum in proceſſu ſaluæ conſtitit poſſeſſione,ſuæ infantioniæ per rectam lineam maſculinam deſcendens,ſalua præfati Hieronymi gaudere debet.

